

## LXXV.

habere perdere. Et si abraam (inquit) optibz  
iustificatus est: bz gl'iam sz nō apud deū.  
Et ego. Non ergo in tuto: inq̄. Perdidit  
quicqd̄ habeo nō apud deū. Nā quid tā  
perditū q̄ quod extra deū exultat. Quid  
mors nisi priuatio vite. Ita nihil perditō  
nisi alienatio a deo est. Ne qui sapientes  
estis i oculis vestris z corā vobismetip̄is  
prudentes. De vobis dicit. Perdā sapiē-  
tiam sapiētū: z prudentiā prudentū re-  
probabo. Perdidērūt sapiētā. quia sua  
sapiētā pdidit eos. Quid nō pdidērūt  
qui ipi perdit sunt. An vero nō pditū q̄s  
nescit deus. Porro aut̄ virgines fatue q̄s  
quidē nō aliū de fatuas puto nisi quia di-  
centes se esse sapientes: tulere facte sūt. Ne  
inquā a deo audire habēt. nescio vos. Et  
itē illi qui gratiā miraculoz ad suaz vsur-  
pauerunt gl'iam nihilomin⁹ audituri sūt  
quia nō noui vos: vt liquido ex his clare-  
scat gratiā non prodesse vbi veritas n̄ est  
in intentione. sed obesse magis. Et quidē  
penes sponsum vtraz. Deniq; gratia et  
veritas p̄ Iesum ch̄istū facta est. ait Jo-  
hannes baptista. Si ergo cū vna quauis  
harū sine altera pulsauerit ad hostiū meū  
domin⁹. Iesus ch̄ist⁹: ipse est enī dei ver-  
bum anime sponsus. Intrabit sane nō tā  
q̄ sponsus: sed tanq̄ iudex. Absit. nequa-  
q̄ fiet hoc. Non intret in iudiciū cum ser-  
uo suo. Intret pacificus. intret iocundus  
z hilaris. maturus tamē z serius intret q̄  
seuerozi quodā veritatis vultu in me dū  
insolentiā reprimis: purget leticiā. Intret  
quasi hinnulus saliens. quasi caprea cir-  
cum spectus: qui culpā dissimulando trā-  
siliat. penā miserādo respiciat. Intret q̄si  
descendens de montibz bethel. festinus z  
splendidus. quasi pcedens a patre suauis  
z miris. qui non dedignet dici z fieri spō-  
sus anime querenti se. cū sit sup̄ omnia de-  
us b̄ndictus in secula Amen.

Sermo lxxv.  
**I**n lectulo meo  
quesiui per noctes quem diligit  
aia mea. Non est reuersus spon-  
sus ad vocē z votum reuocātis. Quare.  
Ut desiderium crescat. vt p̄ obet affect⁹.  
vt creceatur amoris negotiū. Sane er-  
go dissimulatio est non indignatio. Sed

superest vt querat si forte reperitur ques-  
tus: qui vocatus non venit. dicte domi-  
no. Omnis qui querit inuenit. Porro v-  
bum reuocationis tale est. Reuocare assi-  
milare dilecte mi capree hinnuloz ceruo-  
rum. Ad quā vocem dū non est reuersus  
vtriq; ob illas causas que dicte sunt. hinc  
ista que amat facta cupidioz: mox sese ad  
requirendū tota aueritate dedit. Et p̄mo  
quidem querit illū in lectulo: sed minime  
inuenit. Surgit inde. circūit ciuitatem. itē.  
et redit per plateas z vicōs: z non occur-  
rit neq; apparet. Interrogantur quiq;  
forte occurrerint. nihilq; certi reportatur.  
Neq; vici vnus aut vni⁹ noctis questio  
hec. z hec frustratio. cum dicat ista quia q̄  
sui per noctes. Quid hoc desiderij ē z ar-  
dozis. vt surgens de nocte publicus non  
erubescat. percurrat ciuitatez. percunctet  
palam z passim de dilecto. atq; a vestigā-  
dis semitis eius nulla valeat ratio cauer-  
ti. nulla prepediri difficultate. non tempe-  
stine retineri amore quietis. non spōse ve-  
recundia. non vel timore nocturno. Et  
tamen in his omnibz frustrata est vsq; ad  
huc a desiderio suo. Quare. Quid sibi vult  
pertinax hec z diurna fraudatio: tedio-  
rum nutrit. suspicionum fomes. impati-  
entie far. non erca amoris. mater despera-  
tionis. Si adhuc dissimulatio criminis  
est molesta. Esto q̄ pie vtiliterq; interim  
fuerit dissimulatum. donec in sola adhuc  
uocatione seu reuocatione res erat. Nūc  
vero cum requiritur: et ita requirit. quid  
iam conferre poterit dissimulatio. Si de  
carnalibus sponsis z pudendis amoribz  
questio est. sicut literales superficies pre-  
luisse videtur. z si inter illos talia contin-  
gere queant. mea non interest. ipsi viderit.  
D. si animarum querentium dominum:  
mentibus z affectibus pro quantum locur-  
q; posse meo respondere z satisfacere me  
oportet. erudum sane est de scriptura san-  
cta (in qua se vitam habere confidunt) eo  
vitale aliquid quo spirituale. vt edāt pau-  
peres et saturantur z viuunt corda eoz. z.  
Et quid tam cordium vita: q̄ dominus  
meus Iesus ch̄istus. de quo aiebat qui  
eo viuebat. quia cum ch̄istus apparuerit  
vita vestra: tunc z vos apparebitis cum  
ipso in gloria. Ipse ergo ad medium  
veniat quo z nobis veraciter dici possit.